

VIII. *De Variis Animalibus Philippensibus, ex MSS.*  
*R. P. Geo. Joſ. Camelli. Communicavit D. Jac.*  
*Petiver, S. R. S.*

S E C T. I.

*De Ranis, Bufonibus, Lacertis, Teſtudinibus, &c.*

*Rana.*

1. **C**Abacab.
2. **C**Palaca.
3. Timbabalac.

*Bufones.*

4. Carao.
5. Cocac.
6. Colabocab.
7. Palacan languit.

*Lacerti.*

8. Bangcalang. Vid. No. 26.
9. Bayavac. No. 25.
10. Butiqui. No. 30.
11. Cagafagan. Vid. No. 24. & GAZOPH. NAT.  
Tab. 40. Fig. 9.
12. Chamæleon. No. 33.
13. Crocodili feu Caymanes.
14. Dracunculus volans. No. 35. 6.
15. Halo. N. 37.
16. Halobiran. No. 29.
17. Ibir. No. 28.
18. Labi labi. No. 32.
19. Lacerti Parana.
20. Mabitan. No. 27.

21. Tagoto. No. 31.  
 21. Timbabalac. No. 47.  
 23. Toco. No. 45.  
 24. Yguana *Luzon*. *edulis*, capite cærulefcente. GAZOPHYL. NAT. Tab. 40. fig. 9. *Cagafagan*, No. XI. vel *Layagan*, species est *Iguana*, seu *Lacertus Scincoides bicubitalis*, qui *Caput* habet Pavoninè cærulefcens, *rostrum* obtufum, *linguam* fimplicem; ex fronte per nares protenfam rubram & carneam excrescentiam, qualis est *Gallo-Pavonis Indici*, aliam verò huic fimilem à vertice ad dorfum declinantem; *Corpus* fufcum, parvis squamis ut *Scincus* defenfum; per *dorfum* excurrentem feratam & magis proftantem pinnam; *pedes* anteriores fequipalmes, posteriores fpathamâ longiores, pentadactylos; *longitudo Ventrif* fpathamea, prouti & *cauda*, quæ fpathamâ longiori, & palmam latâ, pinnâ fupernè cristata eft. *Carne* vefcuntur *Indi*.
25. Bayava *Luzonis*, & *Iguana* Mexicenfium.  
 26. Bancalang. *Lacertus* magnus. Species *Iguana*.  
 27. Mabitan. Species *Iguana*, magnæ, nigræ, infestæ.  
 28. Ibir vel Ibir, *Layagan* feu *Lalayan*. Species eft *Iguana*, minor *Halone*, coloris fubfufci, carens squamis.  
 29. Halobiran. *Lacertus* magnus, magnitudinis *Europæi*, coloris *Ibir*.  
 30. Butiqui vel Tabili. *Salamandra* albicans, cantans, caudâ latâ.  
 31. Tagoto vel Pinit. *Salamandra* cantans altera, argenteo & fufco varia.  
 32. Labi labi. *Hispan*. Efcuerzo. Species eft *Stellionis*, vel potius *Bufo caudatus*. Vide Nic. Monardum de *Herba Scorzonera*. Gaudet paluftribus: *Corpus* torofum, non prolongatum ut *Lacerti*, fed breve ut *Bufonis*.  
 33. *Chamaleontes* alit *Luzon*: miffi fuere caveâ inclufi D. Gubernatori ex Provincia  
 34. Lagarto fin cola.  
 35. Dracunculus volans *Looganus*, ex ficco defumptus; GAZOPH. NAT. Tab. 39. fig. 2. Gin-

Ginyayangao *vel* Manyayangao *Tagal.* Taborlaro, Tambabuca, Bucabuca, Amumuga *Bys.* Tamomocao *Boholanis.* Galagag *Pampangis.* Sierpe volante & Saetia *Hisp.* Lacerta est volans, minor *Chacone*, figuræ *Iguana*, cantans ut *Tagato*, No. 31, volans explicatis Membranis, quas contrahit cum quiescit, sub *cauda* nescio quid tintinnabuli gerens quò strepitum excitat, morfu venenosissima & mortalis. *f* *Alzina* veneno carens, coloris ex flavo virentis (sed plures affirmant colorem referre rei cui inhæserit, ut *Chamaleonem*) alis membranaceis nigro & rubro variegatis ab anterioribus usque ad posteriores pedes protensis, volans ad 50 passus uno volatu: Capite gratiofo, erecto, *Equo* simili. An duplex, Venenata, & Veneno carens, coloris constantis, & mutabilis?

36. Dracunculus volans *Malagondanus* ex sicco delineatus. Spithameus ferè erat, sed admodum gracilis; coloris fusci, ad *dorsum* cœrulefcens; dentatus serræ modo; digiti quini in quolibet pede gracillimi; membranæ alarum vices præbentes subrotundæ, at anterioribus ad pedes posteriores protensæ, quinis costulis fulcitæ: *Cauda* tenuis, reliquo corpore duplo longior, squamata.

37. Halo. *Lacerti* est *Species*, seu *Iguana*, quam in *Luzone* *Layagan* & *Ibir* vocant. Major est, maculis rubris, flavis, & nigris varius; amphibium animal, nec nocivum, squamosum, vescum ut *Iguana*. Cum progreditur linguam exporrectam gerit. Vescitur fructibus & gallinis. Lapidem asservo ex *Halone* aterrimum, durissimum, ut *Pyrites* ad ignem excitandum aptum, globoso-subplanum, scabrum, sublustrem ut *Pix*, variis atterebatur orbicularibus foraminibus, pendentem drachmas decem. Ad quid deserviat ignoro.

38. Buaya. *Crocodylus* major. Vulgò *Cayman*.

39. Barangitao. *Crocodylus* minor, amans fluvios.

40. Bayo. *Crocodylus* aterrimus.

41. Bacarium. *Crocodylus* flavens, à similitudine Corticis

ticis *Bexuci* Cariun. *Dentes* invicem arcte & pectinatim interuntur, superiores inferioribus & vicissim: *Ova* magnitudinis ovorum *Struthionis*, mollia ut *Testudinis*, quibus non incubat, sed arenâ sepulta ad fluviorum margines inveniuntur. *Cauda* pinnata est. Inter senos parvos, quos dissecui, masculum non reperi. Fugit fructus *Hobom* nucem.

42. *Crocodylus* terrestris vulgo *Draco*, qui in Patria mea *Bruno-Moravia*, in Civitatis Domo Senatoria suspensus visitur, est magnitudinis majoris *Crocodili Indici*, sed cauda pinnis caret. Interemptus fuit vitulo exenterato, calco vivo impleto.

43. *Lacerti* *Torrentis Parana* in *Peruvio*, orgyîâ longiores, binos occultos gerunt *testiculos* magnitudinis ovi *Columbini*, tantæ fragantiæ ut *Ambari*, *Moschi*, & *Zibethi* suaveolentiam superent. *Ant. Calanha* in sua *Hist.*

44. *Buaya Bayo. Batangan. Binatang. Birangitao. Bacariun.* Nomina sunt *Crocodylorum*. Visi sunt longitudinis orgyiarum octo, in quorum faucibus apertis homo majoris staturæ stare potest. Insidiatur *Bobus, Equis, Buffalis, Hominibus*, præteram *Ethiopicibus, & Canibus*. Oculos habent binos; unde hallucinantur, qui duos illos hiatus ad mandibulam inferiorem inspirationi deservientes, pro oculis habuere. Carent lingua discreta & sanguine; vias verò communes, quibus corpus exonerent, habent. *Ova* 80 & 100 unicus ponit; filios mater hiante ore excipit & devorat. *Pinguedo* laudatur ad vulnere & nervorum contractionem. Cinerem pellis *Croconili* ferunt tollere & abolere sensum, cum membrum aliquod amputandum est, aceto subactum & Cataplasmatibus forma impositum. Pro Ventriculi affectu pulverem verò, cum Vino calido potum, urinam efficaciter pellere.

45. Stellionem *Luzonis* sive *Lacertam* cantorem majorem seu *Nirebergij*, Hispan. *Chacon*, Indi B. *Ticqui*, vel *Tac. Toco* vel *Tucqu* T. Mexicani *Teque* vocant. Longa est sesquispithamam; *Caput* biunciam, amplum; *dentes* acuti; *lingua* majuscula; *oris* rictus magnus, prouti & Oculi

& Aurium sinus, cauda ejusdem cum corpore longitudinis, pedes pentadactili, corpus totum & luculentioribus squamulis, & 12 altius prominentium papularum in caudam usque excurrentium ordinibus asperum, & lentiginosum, maculisve rubeo-ferrugineis, cæruleis, glaucisve variegatum. Senectam seu exuvialem liberidem deponit Serpentum more, ad Epilepsiam commendat *Jonst.* Vescitur *Insectis*, *Muscis* præsertim, & *Proscarabeis Cucarrachis*, quorum partes indigestibiles inconfectas primum, dein excrementum egerit albissimum, quod in decoratione & abstergendis lichenibus deservit. Verrucas delet *Jonst.*

46. Scinci Ex. Antiepilepticum *Serapioni*. Oculorum maculas extergens *Plinio*.

47. Timbabalac. *Lacertus* est magnus innocuus, coloris *Cinamomei*, nitidus, squamosus; degit locis herbosis, & gaudet æstuariis *Chamæpalma Nipa* confitis.

48. Magdaraog vel Daranavan. *Testudo* marina conchifera, non vesca, tantæ quandoque magnitudinis, ut in-ejus scuto tres homines simul ac semel tanquam in monoxylo aut cymba fluvios tranare possint. Hæc aliquando totaliter candida capta fuit. Annulum ex cauda paratum aeris contagio resistere ferunt.

49. Punos. *Testudo* marina, ædulis; cortex scuti inutilis est ob teneritudinem.

50. Pagong T. *Testudo* est terrestris, *Hispanis* Galapago. *Sine* ex ea Febrifugum parant modo sequenti: ✱ *Testudinem* montanam minorem, cui per medium dorsi clavum majorem ferreum adige, quo extracto, foramini Arsenici albi ʒj. immittito, & *Testudinem* adhuc spirantem, probe oblutatam, in cinerem reducito. Cinerem dein a luto diligenter separatum mucilage Orizæ subige, & pilulas forma Pisi magnitudinis, quarum unica ante paroxysmum febrilem exhibita febrim fugat. N. B. *Vel* calculum dissolvere tradunt.

51. Pampangi Pau. *Bysaiani* *Pahas* vocant.

52. Paucan. *Testudo* marina magna.

53. Labilabi. *Testudo marina Malindigenfis.*  
De *Testudinibus marinis* communicavit *Franciscus Antonius* de la Zarza sequentia.
54. *Testudo marina* genericè *Paucan.*
55. *Paucan* Specificè *Testudo* est magna, vesca, testa tenui, inutili, circa littora degens.
56. *Magdarahic Femina.* *Daranauan Mas.* Species est *Paucan* sed major, pariter vesca, & testa tenui, non nisi in alto Mari obvia:
57. *Catoan Fæmina.* *Afog Mas Boholanis.* *Olaniban Leytensibus.* *Testudo* est magna, non vesca; testa crassa, subfusca, & vix picta.
58. *Capala Boholan.* *Ilag Leytens.* *Testudo* est marina, non vesca; concha, seu testa, crassa, & alba.
59. *Testudo Marina* 5. *Concha* est tenui, rostro simili *Pittaco*; intestinum habet unicum, & hoc breve. *Caro* venenum est mortiferum.

## S E C T. II.

De Insectis Reptilibus: Formicis, Lumbricibus, Tere-  
dine, Scorpione, Oniscis, &c.

60. *Bondo.* *Formica* est nigra maxima. *Nidus* ex limo cum variis fornicibus & concamerationibus, ubi sepe-  
ratim asservant alimentum ex granis, ex insectis mortuis,  
& excrementa: in medio nidi Rex rubeus, aut albicans, cor-  
poris magnitudine quandoque digiti Indicis. An *Nirem-  
bergij* *Formica* sex digitos longa? *Sulum.*

61. *Hantic.* *Formica* nigra, magnitudinis *Vespa*, *Bysa-  
ianis Amimitas.* *Nidum* componit in arborum ramis ex  
convolutis foliis & telis, telis aranearum similibus. Ex  
morsu dolor vehemens, ut *Bondoc.* Harum No. 4. vel 6.  
exhibent veterinarij cum *Oriza* caballis, quibus devora-  
tis Vermes, in cavernosis *Ulceribus* scatentes, expellun-  
tur & excidunt.

62. *Antig.* *Formica nigra*, minor præcedente, ex mor-  
su intollerabilis pruritus & inflammatio. 63. *Acot.*

63. Acot. *Formica* nigra, parva, innocua, similis *Europææ*.

64. Langam. *Formica* rufa, fatua, longipes, communis.

65. *Guyam.* Minor præcedente.

66. Hantic. *Formica* est altera, rufa, capite magno, mordens, & nocifera. *Vulgò* Holandefa.

67. Cuyitib. *Formica* parvo pediculo suppar, albicans, morfu molesta; hæ notabilem & molestum edunt fridorem in culcitrīs & cervicalibus, ubi nidulari assuere, ut incredulus expertus sum.

68. Culitap. *Formica* albicans, longipes, innocua, major priore.

69. Dalodalo. *Formica* est alata.

70. *Lac-ha* Indorum. *Formica* est subrufa, *Europææ* triplo major, in arbore *Narra*, seu Ligno Nephritico degens, & ibidem ex materia fusca, resinoso-gummosa, *Indis* *Busqu* & *Baroque*, nidos construens, ad favi apicularum similitudinem efformatos.

71. *Lac-ha* major. Ad maris littoralia, æstuarialia, & paludosa loca, in acervis ex ramusculis, aliisque quisquiliis congestis nidulatur. *Busqu* & *Baroque*, seu *Laccam* congerens, ut prior. Hæc *Lacca*, seu Resinosa materia *Indis* deservit in suffumigio pro puerperis ad facilitandum partum, secundinas ciendas, aliosque uterinos affectus; pro *Cera* item *sigillatoria* conficienda: *Sinensibus* verò *Insectoribus* non ad coloris florem, sed colorem constantem reddendum.

72. *Lac-ha*. Item nescio quale præterea insectum vocant simile *Formica*, cujus ovis *Indi* antiquitus dentes rubro inficere solebant. An *Cochinilla* arb. *Anfuhang*?

73. *Anay*. Species est majoris *Formicæ*, candicans, capite rubro, vetula nigricat, brevipes. Insectum damno-  
sissimum, *Blattis*, *Tineis*, & *Teredine* pejus; lignis, vestibus, & Libris unica nocte plus damni inferens, quam *Blattæ*, *Tinææ*, aut *Teredo* per plures Menses: hinc alij *Heluones Librorum* vocaverunt. Progrediens semper sub fornicata proprensus semita, sive arbores sive Parietes subeat.

Ubi

Ubi nidulatur, attollit limosæ materiæ acervos magnos, internè favi Apum ritu elaboratos, variisque semitis pulchro ordine pervios. Limosâ *Nidi* materia in suffumigio ulcera desiccant manantia.

74. *Cossus*, *Indis* Aramay.

75. Sorot *Indorum* est *Teredo*. *Hispan.* *Carcoma*. Parva, cum forcipulâ nigrâ.

76. *Tambiloc Indorum*. Species est *Teredinis* maxima, vesca. *Vermis* est pinguiolus, albicans, digitum auricularem crassus, aliquando etiam sesquicubitum, ut ferunt, longus: innascitur lignis in littoribus computrescentibus, unde extrahunt, & in hodiernum iis vescuntur *Indi Luzonia* & adjacentium Insularum.

77. *Lumbricus terrestris* ordinarius. *Indis* Bulati.

78. *Lumbricus terrestris* major. *Tiva*.

79. *Lumbricus* Humanus. *Olay*. Anno 1681. In Insula *Catanduan* affectus Endemius plurimos sustulit: conquærebantur ægri de tussi sicca & rosionis sensu in ventriculo. Aperto tandem defunctorum uno, invenit *Lucas Cadabdab* Medicafter Indus in ventriculo extraneæ figuræ vermem, qui in præsentia *D. Francisci de Quiros*, nec superafuso aceto, nec succo *Limoniorum*, nec spiritu *Orizæ*, sed succo *Pinæ*, seu fructûs *Ananas* tandem interiit: quo viso, dein plures centum eodem affectu laborantes, assumpto in aurora fructu *Ananas*, liberati fuere.

80. *Lumbricus* Caninus. *Oliyabir*.

81. *Tinea* pilorum radices exedens, *Hispan.* *Zarzucla*.

82. *Onisci* vel *Aselli* ordinarij. *Indis* *Bavibavian* & *Babuybabuyan*.

83. Species altera ad pontes degens major est, caudâ bifurcatâ.

84. *Albulus*. *Vermis* est *Onisco* gracilior, hexapus, antennis & caudâ trifurcatâ donatus, argenteâ quasi farinâ illitus, *Libros* destruens & arrodens.

85. *Antonius Kirsbaumer* retulit se sæpius cum Sociis observasse *Ingolstadij*, sub *Pyro* quiescens, delapsos ramunculos rudes & nativos in *Vermes* conversos, mox in veste obrepisse.

86. *Scorpio*. *Indis* *Alangatang* & *Urangurang*. Exuviam deponit, vix nocuus, ictus dolorificus. Huic medetur *Allium* & *Lapis Colubrinus* vulgaris.